

fol. 82, pag. XIV 1158 procedit.¹ Sic tanti et tot exercitus | candore ferri horribiles
versus portam Mediolanensem, quæ Romana porta dicitur, pro-
cedunt et sic nullo impediende ad urbem diu opsatam per-
veniunt. Mediolanenses autem in campis contra tot et tantos
imperatoris exercitus bello se committere non presumunt for-
sata sua et munitiones, quas circa muros suos fecerant,
armata manu custodiunt. Dominus autem imperator videns
extra munitiones suas eos non audere procedere ante portam
predictam, quæ Romana porta dicitur, nomine et re maior, sua
figi precipit sentoria forti pro cautela circumposita militia
et, ut ad alias portas Mediolanenses aliorum principum
figantur sentoria, precipit; ^{et in brevi fit, quod precipit.} Ad diversas portas divisorum
exercituum figuntur sentoria. Interea Vladislavus, rex Boemie,
non longe a Mediolano sua figi precipit sentoria expectans,
quæ porta ad obsidendum ei ab ipso imperatore dependet.²
Mediolanenses vero, ex qua parte eos invadere possint possunt
considerant. Et in prima militia exercitum Ludovici,³ fratris impe-
ratoris, invadendum, qui ad portam sancti Dionisii, eorum
episcopi, fuerat positus, suum ponunt studium et circa horam
vesperdinam armata manu, ut fortius possint, progrediuntur.
Quibus predictis princeps in primo flore sue iuventutis⁴ ut
strenuus miles cum sua occurrat militia, fit pugna, ex

- 1) Can. Prag. s. s. O. nunt firs Bozbißhof forndorf s. Köln.
2) Der Löfman langrotan in der Nahe des Bischofsklosters
in dem Vladislavus selbß vntersucht fund.
Reg. vnter J. 52, Otto Mor. 34, Ann. Med. mai. 31.

3) T. Obm J. 49

4) T. Obm J. 49